

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Fecht

**Programma Qvo Rector Academiæ Rostochiensis, Joannes Fechtius, D. P. P. ...
Ad Considerationem Ineffabilis Suavitatis, Qvæ Ex Qvotidiana, Qvamqvam
Invisibili, Cum Angelis Conversatione Exoritur, Cives Academicos Invitat**

Rostochii: Typis Joh. Wepplingi[i], [1709?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003464726>

Druck Freier  Zugang





[http://purl.uni-rostock.de/
/rosdok/ppn1003464726/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003464726/phys_0001)

DFG

T. 512

—
1709. Michaelis

A. 1256. 17.

Maii 1709.

PROGRAMMA
RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS;

JOANNES FECHTIUS.

D.P.P. Consist. Duc. Consil. & Distr.
Rostoch. Superintendens, Fac. Theol. Senior &
hodie Decanus,

AD CONSIDERATIONEM INEFF-
FABILIS SUAVITATIS,
QVÆ EX QVOTIDIANA, QVAM QVOTIDIUM
INVISIBILI, CUM ANGELIS
CONVERSATIONE
EXORITUR,
CIVES ACADEMICOS
INVITAT.



ROSTOCHII,
Typis JOH. WEPPLINGI, SER. PRINC. & ACAD. Typogr.

M. 1256



Anctos bonosque DEI angēlos ad id
à Deo deputatos esse, ut cum homine con-
versentur, piosq; adversus omne genus
pericula & adversitates tueantur atque
defendant solis quasi radiis in S. Litera-
rum monumentis consignatū extat. Quid
enim clarius est quam illud Pauli: cum
angelos vocat spiritus ~~λειτουργος~~, quam
vocem vetus interpres *administratores*
reddidit, quasi ministerio erga homines
publico fungentes, emissos ex palatio
magni in cœlo regis, propter eos, qui
hæreditaturi sunt salutem? Qvod ipsorum officium specialiori ratione
David describit, cum constitutos angelos ad id esse ait, ut hominem
custodiant in omnibus officiis sui viis & functionibus, ubi vel mente
vel corpore ipsi eundum sit, ut nutricum more illum non in tergo, sed
super manibus, atque adeò in perpetuo obtutu gestent, ne vel ad lapi-
dem, qvod de cætero facillimum est, pedem offendat. Qvod cum
ex duplice hoc testimonio indubitatum sit, liceat nunc occasione festi
ab Ecclesiâ constituti de hujus conversationis & ministerii angelici sva-
vitate & jucunditate, quæ incredibilis & incomparabilis est, quid-
piam commentari. Et quidem eandem sillico in memoriam nobis re-
vocat id, qvod paulò ante adduximus, Davidis testimonium, qvod con-
suetudinem, quæ inter hominem & angelum intercedit, cum ea con-
gressione & familiaritate comparat, quæ inter infantem ipsiusq; nutri-
cem deprehenditur. Qyanta hæc cum blandiloquentia illi, ut cum
Comico loqvar, alludiat? Qibüs cum verborum lenociniis eidem
ad blanditum? Meus ocellus, mea rosa, meus animus, mea voluptas.
Nunc palpo eundem percutit, nunc oscula labris illius infigit, nunc
in cunis leviter eundem motitat, nunc pectori apprimit, nunc ver-
borum illecebris demulcit. Ubi adversi quid ei ingruit, quā sollicitu-
dine, quo verborum gestuumque lenocinio id ab illo devolvit? La-
crymanti fletum abstergit, ruentem utraqve manu fulcit, dolentem
alloqvio curâqve firmat. Nec de angelorum adversus nos curâ & in
adversis sollicitudine alia, quam quales sunt nutricum, cogitationes
animo

animo nostro sunt concipiende. Quantus eorum ergo nos amor est,
tanta est juvandi nos in quacunque sollicitudine cupido. Nihil
agunt cum murmure, nihil cum fremitu. Quid de Sapientia quondam
edixit Salomo: id & de angelis verum est: *deliciae eorum sunt penes*
Elios benum. Quare quicquid in hominibus excellens, qui quid
pulcrum, quicquid suave est & jucundum, id defumpta ab angelis simili-
tudine in sacris passim describitur. Ita angelii facies dicitur, i.e. ve-
nuta, in star pulcherrimae virginis, gratiam in insipientium oculis con-
cilian & commovens affectus. De Stephano enim coram iudicio
hominum sibi infensus morum stante, Lucas memorat: *S intuentes eum,*
qui sedebant in Synedrio, videbant faciem ipsius quasi faciem angelii.
¶ VI. 15. Duo sine dubio in facie Stephani notaverant, & inusitat-
um quondam vultus splendorem, quo adversariorum animos percutit
& intumorem quondam conjecit; & singularem in vultu gravitatem
majestatemque, velut animi sedati & bene sibi consciit atque ipse futu-
ra beatitudinis lati indicium. Quid utrumque cum vultu angelico
componit Lucas & non minus eximia verborum gravitate describit.
Hilarius Axelaensis, dum docet, in Stephani facie fuisse speciem resurrec-
tis, adversariis quidem ad paenam peccati & tormentum invidie & expro-
bationem impietatis & testimonium criminis & veluti repercussionem lumi-
nis ex facie lapidati, sive quia jam lapidandus designabatur; in ipso autem
Stephano, abundantiam cordis transisse in decus corporis & in exteriori gloria
candorem interioris exundasse & abscondita pectoris ornamenta speculum
frontis irradiasse, & cum haberet in se spiritum S. & praece gestasse angelicum.
Nec minore cum euangelio gravem & spectram totius hominis
speciem descripturus ficer scriptor, venisse ait ad mulierem virum Dei,
cujus aspectus fuerit sicut aspectus angelii Dei, venerandum valde. Jud. Xlll, 6.
Duo iterum specie illa angelica innuntur, pulcherrima & speciosa torius
corporis dispositio & amabilis gravitas, ex vultu gestibusque elucens.
Qui enim corpore lunt maculoso & distorto, vultuque horrido & squa-
lido, quantumque de cetero imperio & auctoritate emineant, venera-
tionem tamen singularem nunquam facile consequentur. Angelica ita-
que figura, tanquam omnium formosissima, & amorem conseruat
& venerationem. Linguam quoque angelorum celebrat Paulus,
quamque supra hominum linguam extollit: si, inquit, linguis hominum

¶ 2

¶

Cangelorum lingvar, charitatem tamen non habeam, factus sum as sonans
C ymbalum tinniens r Cor.XIII.1. Gvilem. S. Ius ad h.l. sensum Apostoli
non reddere ait, qui lingvas angelorum interpretentur angelicam, id
est, eximiam quondam granam dicendi; cum de eloquentia hic non sit
sermo, sed de generibus lingvarum, idque dicere velit apostolus; si quis
omnes lingvas norit, etiam ipsas angelicas, quod vos, Corinthii, pro
miraculo omnium maximo reputatis, nihil tamen eundem sine chari-
tate futurum esse. Nec ab hac sententia ex nostris recedit D. Balduinus.
Sed cum æs tinniens & cymbalum sonans, quibus lingvæ comparan-
tur, eloquentiam & lingvæ facundiam omnium commodissime expri-
mant, rectè judicat xegeta maximus, D. Calovius, cum angelorum lingvæ
donum lingvarum ubertate maximum & excellentissimum primò
notare possit, quia tamen lingvarum donum non absque, sed cum
facundiâ & eloquentia datum fuerit, coniunctim utrumque commo-
dissimè comprehendendi. Quare & Erasmus Schmidius ad hunc locum
proverbialiter hac dicuntur, de summa facundiâ, eloquentia que suavitate, quam
Angelicam nominare quis possit. Nec aliter Lucas Osiander. Est igitur &
lingva angelica lingua omnium jucundissima. Dicitur & panis ange-
lorum, iuxta Lutherum & Vulgatam. Psalm LXXII. 26. id est, planè
regius, delicatus & pretiosus, qualis angelus nisi carerent corporibus,
ciboque invisiili velcerentur, libenter essent usuri. Ita vocem
אָבִירֵי & Chaldæus & auctor libri Sapientiæ interpretatus est,
& angeli אָבִירֵי fortes non minus appellari quam גּוֹרוֹן, robusti
postulant Psalm. CIII. 20. Cum denique totum hominem ab animi singu-
lari benevolentia, à morum amoenitate, à justitiae studio, à singulari
prudentia, aliisque vir utibus commendare veteres instituerunt, angelis
eosdem, tanquam in his omnibus excellentes, compararunt. Ita Achis
Philistæorum Rex, ad Davidem, apud ipsum exulem & Principibus suspe-
ctu, de innocentia ipsius testaturus scio, inquit, rem omnem; places uti-
que oculis meis, tanquam Angelus DEI. I. Sam. XXIX. 9. Ad quem loquum
Sanctius: cum gentiles scientiam noscent in angelis præstantissimam & ma-
iestatem magnam & speciem Augustam, utpote à Divinâ libatam siebat, ut que
in quounque genere eximia sunt, proverbiali specie significarentur angelorum
comparatione ac nomine. Ita mulier illa Thekoitis, pro Absolone inter-
cedens, ad Davidem: Dominus meus Rex, ait, sicut angelus DEI, ut benevolum &
malum

& malum audiat; i.e. interprete D. Seb. Schmidio: libertati Regis atque
sapientia rem omnem permittit, qua tanta sit, quanta est sapientia angelii DEi,
qui sciat audire bonum & malum, nec tamen nisi bonum & justum judicet. Ita
Mephiboseth ad Davidem, pud qvem de'atus fuerat: Dominus meus Rex
est sicut angelus DEi. Piscator: qvoad sapientiam. Bidembachius: qvoad
justitiam, Gerbardus: qvoad clementiam. Neqve etiam, qui omnia
conjunxerit, raverit. Qvinim & hodie consuetudo universim, do-
ctos inter & indoctos, invaluit, ut si à qvacunqve virtutis eminentia
qvem unqve commendatur sumus. angelii vel angelici epitheton ei-
dem adjiccamus. In primis verò hoc nomine insignimus, qvibus sin-
gularem universim dulcedinem, in adspiciendo voluptatem, in com-
plectendo delicatum sensum, in conversando svavem jucunditatis com-
motionem adscripturi sumus. Neqve in simplici angelorum appella-
tione acqvie'cimus, sed angeli nomen, ut animi nostri titillationes
augeamus, in vocem diminuentem convertimus. Qvæ consuetu-
do adeò in nomina virorum mulierumqve propria transit, ut non
apud Germanos tantum Engel & Engelcken, sed & apud Latinos &
Græcos non Angelos tantum sed etiam Angelellos, inter ipsos eruditos
acceperimus. Nam & Andreas Angelellus, Ictus, & Jo. Maria Angelellus,
Philologus, inter literatos superioris seculi memorantur. Quid vero fa-
miliarius est qvam ut puellulis nostris & puellulabus, angelorum & cor-
culorum angelicorum & deliciarum angelicarum nomina adclamemus?
Qvamobrem qvando Dei iusti officia ua erga nos obeunt Angelii,
qvando excubias circa nos agunt, qvando in viis nos nostris custodiunt,
summa id eum voluptate faciunt, summamqve ea in re voluptatem
homini excitant. Nec enim cum ex periculis nos eripiunt, corpora
nostra, qvod facere nonnunquam homines, etiam optimè nobis cupien-
tes, coguntur, de loco in locum trudunt, ut ad aspera allisi doloribus
conficiantur, sed manibus suis portant, qvod est movendi & transferendi
genus omnium mollissimum & tenerrimum, eoqve ipso, quo rheâ
vehî consuevimus, deliciatus. Nec cum custodiunt nos, vel separatos
ab aliis in arcas coniuncti, vel vallo objecto hostem à nobis arcent, sed
invisibilibus vinculis inimicum ligant atqve constringunt, ne vel
adire nos vel damnum nobis inferre possint. Nec cum in adversis ani-
mum nobis addunt, & solatia adfundunt, verborum nos obruant pha-
leris

leris & ad captandas omne genus voluptates, in animæ nos exitium
precipitantes, occasionem subministrant, sed in intimis animi fibris
secreta quadam Numinis virtute dolorem abstergunt & interio-
re alloquio atque secretiore curâ pectora firmant. In ipso mor-
tis articulo sudorem à letho nobis expressum Divini solatii linteo
abstergunt & ipsis brachiis suis Lazari exemplo in sinum A-
brahae animas nostras deportant. O favitatem, quæ ab angelis
manat, ineffabilem! O dulcedinem, deliciis omnibus jucundorem!
Non infior, etiam terribilem aliquando quibusdam fuisse ange-
lorum vel apparitionem, vel auxilium ab ipsis praestitum. Ita
enim viso angelo timuit Gideon eousque, ut & angelus Domini
eundem erigeret, diceretque: ne timeas, nec enim morteris, Jud.
VI. 22, 23. Sed id evideat factum non est, ob ipsorum angelorum
molestem conversationem, sed ob summam, quæ homines ipsi, qui-
bus apparuerunt, DEI nuncios prosecuti sunt, reverentiam &
quod illi ob vitæ suæ impurioris conscientiam, ne acriori DEI visi-
tatione digni essent, metuerent. Quo pacto & Esaias, visa ali-
quando Divina maiestate, angelorum & Seraphinorum ministe-
rio cultâ, extimuit, exclamavitque: ve mihi, quia excisus sum, eò
quod vir immundus labia ego & in medio populi immundi habitans. Re-
gem enim Iebovam Zebaoth viderunt oculi mei. Et VI. 5. Partim et-
iam ad afferendam sibi, tanquam DEI legatis, auctoritatem, habitum
assumperant, qui non poterat non iniis, quibus apparuerunt, erro-
rem quendam & formidinem conciliare. Ceu fecerunt duo isti ana-
geli, qui de Christi resurrectione testimonium mulieribus perhibe-
bant. Erant enim induiti εἰδήσαις ἀσπατάσαις, vestibus ful-
getri in morem, cum ex nubibus prorumpit, fulgentibus, quæ
ideo angelos adesse non tenebrarum, sed lucis, arguebant. Unde
vel ob habitus insolentiam perterrefactæ mulieres vultus demittebant
præ pudore in terram. Cum vero hominibus piis invisibili ratione
interviunt, cessat hic astralis fulgor & exulat omnis pudor me-
tusque. Versantur enim cum hominibus, eosdem custodiunt, ex
periculis eripiunt, in calamitatibus solantur, adversus peccata
præmuniunt, dolores leniunt, sudores abstergunt, in que celum
candens vehunt, sed hæc universa incomprehensibili quadam ra-
tione,

tionē, ut effectus qvidem in oculos incurrant, sed modus, qvo ista
fiant, nos penitus lateat. Divini verbi effatis, qvæ isthæc
omnia de angelis enunciant, fidem nos habere indubitatam,
par est, qvia DEus nec mentiri, nec fallere nos potest. At
cum non videamus modum, quo angeli illa efficiant, in mem-
niste debemus ejus, qvod Paulus scripsit: *DEum posse super
omnia facere, plus quam abundanter, super ea, quæ petimus aut
intelligimus; juxta virtutem operantem in nobis.* Eph. III. 21.
In Danièle retetur de principe regni Persarum, qvod resti-
terit Prophetæ dimissionem populi Judaici efflagitanti, per in-
tegros viginti unumve dies, donec Michaël Archangelus, in
auxilium ipsius accedens, beneficium impetraret. Id interpre-
tantur Theologi de angelis, bonis malisque, aulas Regum.
Principumque obſidentibus & vel ad bona vel ad prava eosdem
per suggestiones suas inflammantibus. De qvo Geierus noster
ad Dan. X. 13^o Colligitur hinc angelorum tum insensibilis praesentia;
regibus siqvidem, confiliariis, immò qvibusvis etiam hominibus
alii preſto adstant angeli, tam boni, quam mali, utcunq; nulla
praesentia bujus deprebendantur vestigia; tum sapientia & poren-
tia, in moderandis mundi imperiis amplissimis singulariter conspicua.
Qvorum ita solent habere curam angeli boni, ut Ecclesia nullum inde
contra aut præter DEl voluntatem sentiat decrementum.
Ad eum nempe modum, qvo aliquando ingens angelo-
rum multitudine urbem, in qva fuerat Elisa, ad eum defenden-
dum cinxerat, necessariis ad id armis instructa, qvæ ad eripiendū
periculo Elifam jam expediverant, quam tamen nemo
viderat, nisi Elisa, & petente Elisa, oculosque pueri apes-
lienti DEo, famulus ipsius. Ita ad officia nostra desti-
nati sunt angeli, sed invisibiliter, modoq; nobis incogni-
to & imperscrutabili, obeunda. Qvæ èd svaviora sunt &
eo majorem delicatæ voluptatis sensum in nobis excitant,
qvo minus nativus huc ignisq; fulgor, si conspectui seie
nostro exponerent, & oculos & mentem nostram offende-
ret, auxiliumq; ab ipsis præstitum qvodammodo redde-
ret

ret ingratum. O igitur ineffabilem , nec ulla usquam cogitatione comprehendendam Divini Numinis benignitatem , quod non angelos tantum in ministerium hominum deputavit , sed eorum etiam erga nos operam ea dulcedine , qvæ corpus & animum perfunderet , condivit ! Meritò Vos , ô Cives , illo Davidis alloqvor : gustate & videte , quam suavis sit Dominus . Sed hanc simul DEI in nos benignitatem gratio memoriqye animo semper reponamus . Comites illos nostros & auxiliatores vita improbitate & moribus ipsorum indoli adversis non reddamus à nobis alienos . Id enim si fecerimus , futurum est , ut dulcedinem in austerioritatem convertant & præsentiam pariter suam & auxilium nobis subducant . Si verò dein iis ater dæmon , incroris omnis atque tristitia spiritus , succelerit , ô nos miseris atque infelices ! Si enim anima , ait Macarius , fuerit peccati rea , discedunt ab ipsa angelii , accedunt chori dæmonum ac angeli sinistri ac potestates tenebrarum , apprehendunt animam illam & imperio suo subjugatam in suas partes pertrahunt . Prohibeat Deus , ô Cives , ne quemquam Vestrum huic societati involvi contingat . Is potius gratia suæ nos Spiritu induat , ut Angelicas virtutes imitando , hoc præcipue Ecclesiæ nostræ testo , eosdem ita demereamur , ut aliquando cum ipsis in altero illo seculo DEum æternis lingua- rum præconiis celebrantes , gaudiorum cœlestium dulcedine sine fine perfruamur .

P. P. Sub Rectoratus Academicici sigillo , Die XXIX. Septembr.
MDCCIX.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003464726/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003464726/phys_0011)

DFG

tione, ut effectus qvidem in oculos incurrauit, sed modus, fiant, nos penitus lateat. Divini verbi effatis, qv omnia de angelis enunciant, fidem nos habere indu par est, qvia DEus nec mentiri, nec fallere nos possum non videamus modum, quo angelii illa efficiant nisle debemus ejus, qvod Paulus scripsit: *DEum p omnia facere, plus quam abundantem, super ea, que peti intelligimus, juxta virtutem operantem in nobis.* Eph In Danièle refertur de principe regni Persarum, qv terit Prophetæ dimissionem populi Judaici efflagitantegros viginti unumve dies, donec Michaël Archangel auxilium ipsius accedens, beneficium impetraret. Id tantur Theologi de angelis, bonis malisque, aulas Principumque obsidentibus & vel ad bona vel ad pravper suggestiones suas inflammantibus. De qvo Geier ad Dan.X.13^o Colligitur hinc angelorum tum insensibilis regibus siquidem, consiliariis, immo qvibusvis etiam aliis presto adstant angelii, tam boni, quam mali, utcum presentia bujus deprehendantur vestigia; tum sapientia tia, in moderandis mundi imperiis amplissimis singulariter. Qvorum ita solent babere curam angelii boni, ut Ecclesia nostra aut prater DEI voluntatem sentiat detritum. Ad eum nempe modum, qvo aliquando ingens rum multitudo urbem, in qua fuerat Elisa, ad eum dum cinxerat, necessariis ad id armis instructa, qvæ ad dum periculo Elisam jam expediverant, quam tam viderat, nisi Elisa, & petente Elisa, oculosque p riente DEo, famulus ipsius. Ita ad officia nostri sunt angeli, sed invisibiliter, modoque nobis to & imperferrutabili, obeunda. Qvæ èd svavior eo majorem delicate voluptatis sensum in nobis qvo minus nativus lucis ignisque tulgor, si consipit nostro exponerent, & oculos & mentem nostram ret, auxiliumque ab ipsis præstitum qvodammodo.



the scale towards document